



Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

Cap. XXXII. De Congregatione pro status Ecclesiastici gravaminibus
sublevandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

754 *De Congr. pro status Eccles.*

causæ ipsi incumbant, & Communitates norint, apud quem querelas & gravamina sua deponere possint, eorumque expeditionem sollicitare.

9. Non immiscet se vero hæc Congregatio negotiis Communitatuum Urbis Romanæ, quæ tractantur in Camera Populi Romani, cui præsunt Conservatores; Neque causis Civitatum vel Provinciarum, quæ per Cardinales Legatos administrantur, prout dictum est capite præcedente de Congregatione Consultæ. *De Luca Rel. Rom. Cur, disc. 26.*

CAPUT XXXII.

De Congregatione pro Status Ecclesiastici Gravaminibus sublevandis.

1. *Quod sit Officium hujus Congregationis.*
2. *Qui eam ingrediantur; ubi & quando habetur.*

I.

NE populus sanctæ Sedi subjectus nimium exactionum oneribus gravetur, instituit Sixtus V. *Const. 74, In mensa*

Congregationem Cardinalium, quæ gravamina quæcunque vectigalium, tributorum cujuscunque generis illa sint, eorumque exigendi rationes, Quæstorum injurias, Commissariorum extorsiones judicii formâ planè postpositâ manu regiâ audiat & cognoscat, & si possit, controversias componat, quod si res transigi nequiverit, eam ad Pontificem deferat, ut is quod æquum fuerit, ejusdē Congregationis consilio definiat; Causæ vero in quibus judicialis ordo requiritur, propriis judicibus de jure decidendæ relinquuntur. *Sixtus V. l. c.*

2. Constituitur hæc Congregatio ex quatuor vel sex Cardinalibus, sex vel octo Prælatis, & uno Secretario; Præles seu caput illius est Cardinalis Ne-
pos, qui omnes literas & ordinationes, quæ ab hac Congregatione dantur, sub-
scribit. Prælati & Secretarius vestiun-
tur violaceo, & titulum habent fami-
liarium & continuorum commensalium Summi Pontificis. Prælati præter panem
& vinum, quod accipiunt ex Palatio, habent quotannis mille Scuta, & Secre-
tarious duo millia. *Lunadoro.* Habetur hæc Congregatio die Sabbati in Palatio apud Cardinalem Nepotem,

CAPUT